



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 118. Regis obitus, mortisque circumstantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. CXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.*Regis obitus, mortisque circumstantiæ.*

Quamvis Henrici III. vulnus periculosum videretur, culterque profundius immissus esset, nihilominus Medici primò hanc plagam minime læthalem fore censebant, eodemque momento Rex secretioris Consilii Scribas adesse,

*Thuan. 83
Daviil. l. c.
Mem. de
l'Etoil. t. 1.
pag. 285.
Hist. de la
Monarch.
Franc. par
Marcel. t. 4.
pag. 634.*

alteriori veritatis discussione referunt, hunc Regis percussorem fuisse quemdam Monachum ex sancti Dominici familia: huic errori anam præbebat, quod perfidus ille studiose, ut liberiores accessum haberet, ac minus suspectus eo tutius latere posset, Ordinis Fratrum Prædicatorum habitum induerit, atque ovina hac pelle contactus atrox ille lupus nec regio Sanguini pepercerit: an autem personatus hic nequam re ipsa sacri hujus Ordinis Alumnus fuerit, res usque adeo certa non est, ut nullus ambigendi locus supersit: quinimo non desunt rationum momenta, ex quibus inferre licet, quod Rex a quodam fœderato, aut Hugonotta, qui Fratris Jacobi Clementis antea occisi habitum induit, interfectus fuerit: hujus rei veritatem testatam reddidit liber anno 1672. Gallico idiomate editus,

Sæcul. XVI. adesse, literasque ad Provinciarum
A.C. 1589. Rectores, fœderatosque Principes exorari jussit, quos de eventu hoc certos reddens certa spe erigebat, fo-
 ut brevi pristinae valetudini reddita

ditus, cui titulus: *La Fatalité de Saint Cloud* seu *fatum sancti Clodoaldi*; apud omnes enim Franciæ Historicos communi consensu con-
 pertum est, quod Henricus III. adeo fœderatis, atque etiam Calvinistis sese exosum reddiderit, ut non semel ei mortem inferre conarentur, & teste Dupleix in sua Historia tom. 4. pag. 283. *is, qui duntaxat Regis nomen proferebat, jam in summo vitæ suæ discrimine versaretur*: proin iidem, qui Regi suo contemptere infensi erant, majori adhuc odio infectabantur cunctos illos, qui adhuc Regis partibus adhærebant, quos inter erat Achilles Harlæus supremus Parisiensis Senatus Praeses: cum ergo hic fidus Regis Minister eidem lubenter quædam secreta communicare vellet, ad deferendas hæc arcanas literas nihil magis fidum fore censebat, quam Fratrem Jacobum Clementem ex Ordine Fratrum Predicatorum, quem cum capitalem Guisiani fœderationis hostem, ac Regi optime affectum nosset, etiam unacum literis, ac me-

equo vehi valeret: idem quoque signi-
ficari voluit exercitus sui Belliducibus:
interea vero copiarum curam Navarræ
Regi demandabat: ast vespere illius
diei, cujus matutino tempore Rex die
prima

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

ximi momenti secretis, quæ Regi referret,
ad Clodoaldi oppidum transmiserat; cum autem
hic Religiosus demandatum sibi hoc officium
ineautius vulgaret, & desuper cum suis So-
dalibus conferret, res in notitiam fœderato-
rum, ac Hugonottarum venit, qui, ut in
arcani hujus mysterii cognitionem deveni-
rent, literisque Harlæi sibi vendicatis agi-
tanda inter Regem, & Præsidentem consilia in-
terturbarent, Jacobum Clementem interficere
statuerunt: hinc Jacobus Gueslæus illum in
suis ædibus perbenigne quidem, perfide tamen
exceperat, ipse vero in sua epistola ad ami-
cum de Regis cæde scripta testabatur, quod
hic Clemens noctu profundo somno correptus
fuerit inventus: verum hic sane non alius,
quam mortis somnus erat: hic enim Religio-
sus ab ipsomet illo ficario, qui Henricum in-
terfecit, occisus, ac veste sua sacra spoliatus
fuit, nisi enim tam Gueslæus, quam illi Con-
siliarii, qui in Regis cubiculo erant, cum hoc
Sicario conspirassent, certe ab hoc Monacho
Hist. Eccles. Tom. L. Z z literas,

Sæcul. XVI. prima Augusti vulnus acceperat, in
A.C. 1589 gentibus cruciabatur doloribus, ac vio-
 lenta febris ingruente Medici, ac Chi-
 rurgi recuperandæ salutis spe decie-
 rant, nam vulneris profunditatem ex-
 plorantes ipsa etiam intestina transfol-

literas, ut vocant, patentes ab Ordinis
 Superiore datas exhiberi postulassent, eju-
 que vestes lustrassent, an forte arma occul-
 deferat, vel fraus lateat, prout illo tempo-
 jam in omnium Principum Aulis præcipue
 circa ignotos Viros observari assueverat: no-
 ne si fideles hi fuissent Regis famuli, om-
 sollicitudine curare debuissent, ne hic Re-
 giosus occideretur, sed potius ut in vinculis
 conjectus, ac quæstioni subjectus criminum
 socios manifestaret: hi autem ipsum mox truci-
 cidarunt, nudumque e fenestra projecerunt
 ut nemo illius personam agnoscere posset
 nonnulli, inquit Mezerayus celebris Histori-
 graphus Gallicus pag. 648. *sparserunt, quod*
hujus diabolici consilii Architecti illis, qui pro-
prie Regi adstabant, jussa dederint, ut occi-
forem quantocius confoderent, ne ipsorum cri-
men ab eo detegi posset: hi ergo erant, qui
 Regis hostes eundem per personatum huius
 Monachum trucidarunt, unde nec ipsi defuncti

Reg

Sæcul. XVI.
A. C. 1589.

ac proin Regi nonnisi exigua vitæ mo-
menta superesse censebant: hinc Rex,
cum se viribus penitus destitui cerne-
ret, ad extremam luctam sese accin-
gere voluit, suumque Sacellanum no-
mine Bulonium accersiri iussit, cui e-
tiam

Regis corpori pepercerunt, sed pugionibus,
gladiisque ipsum adeo inhumaniter perfode-
runt, ut etiam viscera e corpore diffluerent,
prout testatur itidem regius Historiographus
Matthæus tom. 2. l. I. his verbis: *eodem tem-
pore, quo hic Senatus habebatur, rabies erga
defunctum eo devenerat, ut etiam pugionum icti-
bus capsula, in qua ejus viscera continebantur,
tanto furore impeteretur, ut omni ex parte
adeps difflueret.* Insuper Gallici Scriptores
testantur, hunc sicarium nudum per fene-
stras fuisse projectum, mirum tamen, quod
nullus ex tot hominum millibus ad hoc specta-
culum confluentibus hunc fuisse Dominica-
num, vel saltem Monachum cognoverit, aut
majoris tonsuræ Clericalis, prout Religiosi
deferunt, vestigium deprehenderit, imo po-
tius, ut scribit præfatus Petrus Matthæus
pag. 776. *statim post Regis necem fama com-
munis per urbem volarit, quod hic Regicida
non fuerit Religiosus, sed quidam personatus*

Zz 2

Officia-

Sæcul. XVI tiam præteritæ vitæ suæ noxas detexe-
A.C. 1589. rat, priusquam autem hic eidem absolu-
 tionis gratiam impertiretur, Regem
 monuit, quod comminationis diploma
 contra ipsum a Papa fuisset promulga-
 tum, nunc vero præsens vitæ pericu-
 lum

*Officialis secta Calvinista, quem Sueffionensis
 Comes auro corruperat. Mezerayus pag. 648.
 testatur, hunc sicarium ideo e fenestra fuisse
 projectum, ut quisnam esset, manifestum fe-
 ret, nam plures ægre credere poterant, hunc
 verum fuisse Dominicanum, hinc ajebant, il-
 lum fuisse militem, quem fœderati studiose Re-
 ligiosa veste induerunt: equidem fœderati, ne
 tam atrocis Regicidii Authores crederentur,
 hunc sicarium fuisse Dominicanum sparserunt,
 eumque tanquam Martyrem subdole deprædi-
 carunt, atque ipsum Edmundum Burgonium
 tum Conventus Parisini Priorem hujus facino-
 ris conscium fuisse divulgant: verum id
 ipse constantissime negavit, uti testantur Hi-
 storici Galli, imo, teste Spondano ad hunc
 ann. n. 17. affirmabat, eam cædem se ex animo
 detestari, & execrari, licet nihilominus falsis
 testium accusationibus obrutus a quatuor equis
 discerptus fuerit, in pia ad Deum oratione vi-
 tam finiens. Præterea circiter quadragesimo
 post*

lum deposceret, ut sese suæ Sancti-
 tatis iudicio subiciat: ad hæc Rex ni-
 hil hæsitans mox respondit: „Sum pri-
 „mogenitus Ecclesiæ Catholicæ, Apосто-
 „licæ, & Romanæ Filius: hinc coram
 „Deo, & coram omnibus polliceor, quod
 „nil

Sæcul. XVI.
 A. C. 1589.

post Henrici III. cædem anno Parisiis in Pa-
 rochia sancti Pauli cujusdam Nobilis Viri, ac
 Gallici Principis famulus ferme octogenarius
 cum morte luctabatur: cum autem conscien-
 tiam expiare renueret, importunis suorum
 precibus expugnatus tandem exclamabat:
 „Vocate igitur quemdam Dominicanum, cui
 „rem hucusque occultatam coram omnibus de-
 „tegere teneor: eo igitur comparente Sene-
 „cio ita effatus est. Palam hic profiteor co-
 „ram Deo, totoque mundo, quod ille, qui
 „Henricum III. occidit, non fuerit Dominica-
 „nus, sed alius quidam Dominicani veste in-
 „dutus, cujus tamen nomen prodere prohi-
 „bitus sum., Denique Serenissima Ducissa
 de Entragues Engolismensis Ducis Mater, &
 Caroli IX. Filia, piissima octoginta, & unius
 anni Matrona sæpius, ac in plurimorum Pro-
 cerum conspectu usque ad vitæ suæ finem
 constanter profitebatur, Regis ficarium ne-
 quaquam fuisse Jacobitam, sed quemdam per-

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

„nil ardentius cupiam, quam Sancti-
tati suæ in omnibus, quæcunque a
me desiderare poterit, satisfacere.”
His dictis Confessarius ei absolutionem
impertivit: postea autem eodem adhuc
vespere sacro Viatico, ac extrema un-
ctione munitus usque ad alteram diem
secundam Augusti vitam protraxit.

Porro cum vires suas semper ma-
gis imminui cerneret, portas aperiri,
omnesque Proceres intrare iussit, qui
suis lacrimis hujus Principis jacturam
sibi sat funestam accidere testabantur:
cum autem Alvernix Comes, & Esper-
nonius Dux propius ejus lecto assiste-
rent, Rex ad hos, reliquosque tum
præsentes sese convertens eos om-
nes ita affatus est: „de vitæ meæ bre-
vitate non queror, regnum vero tu-
multi-

sonatum, cujus tamen nomen prodere non
liceret.

Hæc adducere volui, ut eorum facilitas
perstringatur, qui tanquam rem minime du-
biam referunt, Regem a quodam Dominicano
fuisse occisum, cum tamen usque ad hanc
diem hujus Sicarii nomen ignoretur, prout
Petrus Matthæus ingenue fatetur pag. 774.
tom. I. Historiæ Francicæ his verbis; *quis
necis Henrici III. verus suavor, auctorque fuit,
hactenus omnino incompertum est. . . . Deus
nunquam voluit, ut hujus rei veritas innotesce-
ret, idque Deus sic disposuit, ex rationibus,
quæ in tenebris altissimorum suorum judiciorum
delitecunt.*

„multibus agitatum, omnesque probos
 „summ̄is miseriis afflictos relinquere
 „doleo: ceterum de morte mea ulciscen-
 „da non valde angor, nam ea de re Deo
 „cura erit, in cujus schola educatus
 „inimicis parcere a puero didici.,

Secul. XVI.
 A.C. 1589.

Postea ad Navarræ Regem conver-
 sus addebat: „si tamen Reges tuendi
 „consuetudo semel in Regno invaluerit,
 „nec tu de vita tua securus eris., His
 prolatis totam Nobilitatem hortabatur,
 ut Navarrum tanquam Regem suum,
 utpote jure proximum, & ita dignitate
 eminentem agnoscerent, nec Religio-
 nis diversitate terrerentur, cum Na-
 varræ Rex aliunde Princeps esset mag-
 nanimus, æquus, ac sincerus, hinc
 spondebat, eum brevi ad sinum Eccle-
 siæ reversurum, & summum Pontificem
 de eo saniora edoctum illum in gratiam
 recepturum, ne sua repulsa totum Re-
 gnum manifesto excidio exponat. Vix
 hæc verba protulerat, cum Navarrum
 tenero amplexu veneratus in lacrimas
 effunderetur, adeo, ut intercepto lo-
 quendi usu ægre hæc verba subjunge-
 ret: „carissime Cognate, certus sis, te
 „nunquam Franciæ Regem futurum,
 „nisi Catholicam fidem amplectaris, te-
 „que Ecclesiæ subjicias., His dictis
 Rex fidei Symbolum recitans, ac suum
 Spiritum Deo commendans secunda

Zz 4

hora

Sæcul. XVI.
A.C. 1589

hora pomeridiana, recitato quinquagesimo psalmo animam exhallabat, postquam nonnisi trigessimum octavum ætatis suæ annum, decem Menses, & tredecim dies vixerat. Corpus ejus Compendii in Ecclesia sancti Cornelii usque ad annum Domini millesimum sexcentesimum decimum depositum quiescebat, postea vero in Templo sancti Dionysii sepultum fuit: porro cum ex Ludovica Lotharingica, quam anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto die decima quinta Februarii duxerat, nullas proles reliquisset, hinc Regni jus ad Borbonios utpote hæredes proximos devolvebatur, proin extincta erat stirps Valesiorum, qui per centum sexaginta, & unum annos a Philippo VI. cognomine Valesio Franciæ sceptrum rotaverant.

§. CXIX.

Montpenseriæ, & Nemorsicæ Ducissarum jubilus post Regis mortem.

*Mem. d'Étoile t. I.
pag. 287.*

Quantumvis Rex nonnisi secunda post meridiem hora e vivis excessisset, mortis tamen rumor in vulgus jam matutino tempore die secunda Augusti spargebatur: ut ergo fœderati ob hujus Principis obitum lætitiâ suam palam facerent, viridis coloris vestibus sese indue-